

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Doctrina siue doctor al
cum fonte primo

Sicut instruere solet collacio, ita destruit contencio.
Hec enim relicto sensu ueritatis lites generat, et
pugnando uerbis eciam in Deo blasphemiam facit.
Inde heresis et scisma a quibus fides subuertitur,
ueritas corrumpitur, caritas scinditur.
Contenciorum studium non pro ueritate, sed pro appetitu laudis certatur,
tantaque est in hiis peruersitas ut ueritati cedere nesciant,
ipsamque rectam doctrinam euacuare contendunt.
In disputatione fidelium cauenda est propositiionum artificiosa subtilitas
que callidis obiectionibus recia tendit;
ita enim uersuciis assercionibus prauorum disputacio innodatur
ut recta esse simulent que peruersa persuadent.

Ysidorus ibidem (libro III. de summo bono).

Sicut instruere solet conlatio, ita contencio destruit.
Haec enim, relicto sensu ueritatis, lites generat et,
pugnando uerbis, etiam in Deum blasphemiam.
Inde haereses et scisma, quibus subuertitur fides,
ueritas corrumpitur, scinditur caritas.
Contentiosorum studium non pro ueritate sed pro appetitu laudis certatur,
tantaque est in his peruersitas, ut ueritati cedere nesciant,
ipsamque rectam doctrinam euacuare contendunt.
In disputatione fidelium cauenda est propositiionum artificiosa subtilitas,
quae callidis obiectionibus retia tendit;
ita enim uersutis adsertionibus prauorum disputatio innodatur,
ut recta esse simulent quae peruersa persuadent.

Isidorus Hispalensis, *Sententiae*, 3.14.4-6 (CCSL 111, P. Cazier ed.,
pp.239-40, ll.14-27).